

Zeitschrift  
des  
**Deutschen Palaestina-Vereins.**

Herausgegeben  
von dem geschäftsführenden Ausschuss

unter der verantwortlichen Redaction

von

**Prof. Lic. Hermann Guthe.**

—  
**Band XIII.**

Mit vier Tafeln und zweiundzwanzig Abbildungen im Text.

—  
**Leipzig 1890**

---

KRAUS REPRINT  
Nendeln/Liechtenstein  
1968

Antonius de Cremona,  
Itinerarium ad Sepulcrum Domini (1327, 1330).

Mitgetheilt  
von  
**Reinhold Röhricht.**

Der Text, welchen wir hier zum ersten Male veröffentlichen, ist nur in einer Handschrift der Bodleiana zu Oxford (Canon. Ms. Miscell. 220 fol. 18—22 saec. XIV) erhalten und hat zum Verfasser den Minoriten ANTONIUS DE REBOLDIS aus Cremona, welcher 1327 und 1330 das heilige Land und Ägypten bereiste. Alle Versuche, über ihn irgend etwas Genaueres aus den die Geschichte der Minoriten betreffenden Werken zu ermitteln, waren vergeblich, und auch in den die Literaturgeschichte Cremona's behandelnden Schriften, wie ARISIUS, Cremona literata, LANZETTI, Biografia Cremonese, war nichts zu entdecken. Der Herausgeber wandte sich direct nach Cremona und zwar an Herrn Canonicus Dr. BRAZZI, Secretär des dortigen Bischofs, um über die Person unseres Reisenden und die im Texte erwähnte Abbildung der heiligen Catharina, welche ein Kaufmann Joh. de Rozal im Minoritenkloster herstellen liess, etwas zu erfahren. Aber der freundliche Bescheid stellte auch nur fest, dass über unsern ANTONIUS nichts bekannt und das Minoritenkloster mit jener Abbildung längst zerstört sei.

Wir bieten also hiermit der Literaturgeschichte des Minoritenordens und Cremona's und zugleich der Geographie Palästina's einen neuen Beitrag, der in letzterer Hinsicht noch dadurch an Werth gewinnt, dass er das erste Drittel im vierzehnten Jahrhundert, also eine verhältnissmässig frühe Zeit betrifft, in welcher wenig Pilgerberichte uns begegnen, die Bedeutung jedes einzelnen

also grösser wird. Ausserdem erfahren wir hier mancherlei Details über heilige Stätten und persönliche Erlebnisse, deren Kenntniss wichtig und interessant genug ist.

Zum Schluss spricht der Herausgeber Herrn GEORGE PARKER, Custos der Bodlejana, welcher die sehr sorgfältige Copie herstellte, ebenso den Herren Professor Dr. GILDEMEISTER (G. [inzwischen verstorben]) und Dr. MATTHIAS SOLLWECK, Präfect des Studien-seminars zu Neuburg (S.), welche durch freundliche Beiträge die seminars zu Neuburg (S.), welche durch freundliche Beiträge die Erklärung einzelner Stellen fördern halfen, seinen besten Dank aus.

In nomine Domini. Amen. Itinerarium ad sepulcrum Domini.

Ego frater Antonius de Cremona de Reboldis<sup>1)</sup> ordinis Minorum, ut posteris memoriam relinquam et legentium corda Christi amore accendam, ea, quae in terra sancta meis oculis contemplatus fui, licet indignus, scribere curavi, quae hic *inferius* continentur.

Anno Domini MCCCCXXVIJ die XVIJ Marchi ascendi mare in sero in Fanagusta et XVIIIJ die ejusdem mensis, die scilicet, quo cantatur oratio: Magnificat te Deus sanctorum tuorum Gosome et Damiani etc.<sup>2)</sup> pervenimus Acon, civitatem Syiae, quae alio nomine dicitur Tholomayda. Die festo Sancti Benedicti<sup>3)</sup> recessimus de Acon, ut veniremus Nazareth et veniendo Nazareth transivimus per Saphoriam<sup>4)</sup>, quandam civitatem, unde fuit oriunda beata Anna<sup>5)</sup>, mater Dominae nostrae, pervenimus autem Dominicana de Lectare<sup>6)</sup> seu dominica de Roxa<sup>7)</sup> pervenimus<sup>8)</sup> Nazareth, civitatem Galilaeae, quae flos<sup>9)</sup> interpretatur; Dominicana de Roxa pervenimus ad locum Roxae<sup>10)</sup>. In Nazareth fecimus festum An-

1) d. i. wohl Riboldi bei Como.

2) Diese oratio fällt auf den Donnerstag der dritten Fastenwoche (Donnerstag vor Laetare), der genau auf den 19. März trifft (S.).

3) 21. März.

4) Saffuriye.

5) Sie soll die Tochter des Priesters Matthan (Matth. 1, 15) gewesen sein; vgl. WINER, Realwörterb. s. v. Maria.

6) 22. März. 7) Dies rosae ist der vierte Fastensonntag, Laetare.

8) Hier folgt überflüssig noch einmal das Verbum pervenimus im Texte.

9) So etymologisiert schon HIERONYMUS, Ep. 46 ad Marcell.

10) Also Maria s.

nuntiationis virginis Marie<sup>11)</sup> eo scilicet locc, quo fuit annuntiata<sup>12)</sup>. In quo quidem loco feci mille genuflexiones cum Ave Maria et ter celebravi ibidem.

Super omnes civitates ipsa Nazareth est civitas Christi, ubi scilicet fuit nutritus, unde et Yhesus Nazarenus dictus est. In Nazareth est fons<sup>13)</sup>, unde puer Yhesus auriebat aquam et portabat matri suae. Extra Nazareth per tria millaria est locus, qui dicitur Saltus<sup>14)</sup>, unde voluerunt Judaei Christum praecipitare, ut legitur in evangelio, unde dicitur: Yhesus transiens per medium illorum ibat<sup>15)</sup>. In crastinum annuntiationis<sup>16)</sup> vidimus mare Galilaeae vel Tiberiadis vel Genesareth, quae tria nomina in evangelio leguntur. Dicitur mare propter multitudinem aquarum, quia Judaei congregations aquarum appellant maria, dicitur Tiberiadis propter Tibaream civitatem, quae est supra mare, sicut Ferraria est supra Padum, dicitur Genezareth propter ventos ibidem spirantes<sup>17)</sup>. Supra istud mare Christus ambulavit. Inde Petrum revocavit etc., ut legitur in evangelio<sup>18)</sup>. Nunquam bibit tam bonam aquam et tam dulcem, sicut est aqua illius maris. In istud mare intrat sacer Jordanis et inde exit, postea absorbetur a mari mortuo, ubi fuit Sodoma et Gomorra subversa. Ubi scilicet non potest aliquod vivum esse nec per mare<sup>19)</sup>, cujus aqua fecit<sup>20)</sup> de sulphure et est amarissima. Prope istud mare morium sive Sodomorum est mons, ubi est civitas Segor, ad quam confugit Loth dicens: Numquid non modica est? Et est ibi statua sallis, quae quondam fuit uxor Loth; lege librum Genesis<sup>21)</sup>.

Sabbato<sup>22)</sup> discendentes pervenimus Damaschum, civitatem maximam, quae, ut puto, est per duas Bononias cum dimidio, et sunt ibi decem millia hominum in equis, populus vero infinitus; caput Syiae Damascus dicitur; Ysayas propheta<sup>23)</sup>. Prope Damascum per milliare est locus, ubi apparuit Christus. Salve

11) 25. März. 12) Vgl. TOBLER, Nazareth 127 ff. 13) Ibid. 206—215.

14) Ibid. 208 ff. 15) Lue. 4, 30. 16) 26. März.

17) Ähnlich durch JOH. VON WÜRBURG (TOBLER, Descript.) 188 und ODORICUS DE FORO JULII (LAURENT Quatt. peregrin.) 147 als: auram generans aus dem griech. γεννᾶν und αὐρᾶν erklärt.

18) Matth. 4, 18—19. 19) Hier fehlt wohl ein Verbum wie natare.

20) Wohl in fuit, oder foetat zu verwandeln. 21) Genes. 19, 20, 26.

22) 29. März. 23) Jes. 7, 8. Die Construction, wie sie steht, ist hart.

Domine, salve etc.<sup>24)</sup> Postea venimus ad Sardenal<sup>25)</sup>, ubi est ymago beatae virginis emanans oleum, postea Ramam, postea Gazagam, civitatem quondam Phylistinorum, unde Sanson abstulit portas et in montem portavit media nocte. Ibi fecimus pascha Resurrectionis<sup>26)</sup>, ubi scilicet figura Resurrectionis scilicet Sansonis, quando scilicet portas abstulit. Die vero Martis post pascha in<sup>27)</sup> Sanctorum Tiburci et Valeriani pervenimus Jerosolimam, civitatem sanctam, que per prophetam Ysayam dicitur civitas sancta<sup>28)</sup>. Ubi venerati fuimus saxum, ubi Christus sedit, quando portavit crucem<sup>29)</sup>, vidimus domum Herodis, vidimus domum Pylati, visitavimus ecclesiam sanctae Annae pulcherrimam, ubi quondam fuit domus Johachim et sanctae Anne<sup>30)</sup>; ibique peperit ipsa sancta Anna matrem Dei. Juxta ecclesiam sanctae Annae est probatica piscina, in qua, ut dicit evangelium, descendebat angelus et movebatur aqua et sanabatur unus<sup>31)</sup>. Vidimus natatoria Syloe, de quibus evangelium: vade lavare ad natatoria Syloe<sup>32)</sup>! Vidimus portam auream, per quam Christus intravit die palmarum super asinum. Haec est porta templi, quae non fuit destructa a Romanis cum suo pariete, et est ferrea et semper est clausa nec eam aliquis fuit ausus apperire, quia iudicio Dei perterriti sunt, qui ipsam voluerunt apperire<sup>33)</sup>. Vidimus montem Syon, cuius Dominus portas diligit super omnia tabernacula Jacob<sup>34)</sup>; hic dicitur ars David et contiguus est civitati. Ibi morabatur beata virgo post mortem filii ibique mortua est<sup>35)</sup>. Extra civitatem est mons Gion, de quo dicitur in secundo libro Regum, quod scilicet cecinit tuba Gion<sup>36)</sup>. Prope montem Syon est locus, qui vocatur Gallicantus<sup>37)</sup>, ubi est sovea, in qua beatus Petrus egressus atrium intravit et flevit, quousque dictum fuit sibi, quod

24) Welcher Hymnus hier gemeint ist, lässt sich nicht bestimmen (S.).

25) Saidanājā; zur Legende vgl. THIETMAR 14 ff. u. RÖHRICH, Biblioth. 48, No. 119.

26) 12. April. 27) festo zu ergänzen (14. April). 28) Jes. 48, 2.

29) Hier folgt im Text das unverständliche portare, welches in prope umzuändern sein wird.

30) Ein wichtiges Zeugniß aus späterer Zeit für die nach TOBLER, Topogr. I, 429—430 im achten Jahrhundert fixirte, später wieder verlassene Annahme der Lage der St. Annakirche.

31) Joh. 5, 4. 32) Joh. 9, 7. 34) Psalm 86, 1—2.

33) vgl. TOBLER, Topogr. I, 155—157, 177.

35) Diese Angabe ist sonst nicht zu belegen; vgl. TOBLER, Topogr. II, 114.

36) 2 Kön. 20, 22. 37) vgl. TOBLER, Topogr. II, 174—176.

redire: Ite, inquit, dicite discipulis ejus et Petro etc.<sup>38)</sup>! Juxta montem Syon est locus, in quo aliqui Judaeorum puniti sunt, qui volebant corpus beatae Mariae rapere, quando scilicet apostoli ipsum portabant ad sepeliendum in valle Josaphat<sup>39)</sup>. Nolo vos ignorare, quod in illo sacratissimo monte Syon, de quo superius memoriam feci, est ecclesia pulcerima, ubi scilicet Christus lavit pedes discipulorum suorum<sup>40)</sup>. Est et alia satis nimis pulchra, ubi fuit Christus tota nocte flagelatus, scilicet in domo Cayphae. Ideo vocatur domus illa, quae modo est ecclesia sancti Salvatoris, et est ibi in muro ecclesiae magna pars columpnae, ubi fuit ligatus Christus noster<sup>41)</sup>. Item est una alia maxima ecclesia, quae continet ista loca: locum, ubi descendit Spiritus sanctus in pentecostes<sup>42)</sup>, ubi Christus apparuit Tomae<sup>43)</sup> dicens: Infer digitum etc.<sup>44)</sup>, ubi est sepulcrum David et regum<sup>45)</sup> Iudee, de quo ait beatus Petrus<sup>46)</sup>: cuius sepulcrum apud nos est. Et ut breviter loquar, illa sacra ecclesia continet totum cenaculum<sup>47)</sup>, ubi ascenderunt apostoli post ascensionem et manserunt cum Maria, matre Yhesu. Ibi etiam mater Dei de hoc seculo migravit ad celos, sepulta postea in valle Josaphat. Ista ecclesia in magna parte dirupta est et diruebatur<sup>48)</sup>. De monte Syon satis est dictum, nisi quod ibidem est locus, ubi scilicet beatus Johannes<sup>49)</sup>. . . . . Visitavimus vallem Josaphat, quae est inter muros Yerusalem et montem Oliveti, in cuius medio est torrens Cedron, de quo, ut in evangelio, abiit Yhesus trans torrentem Cedron<sup>50)</sup>, ubi erat ortus. Ibi est locus orti, ubi fuit captus, ibi est locus, ubi orans factus est in angonia, ubi dormiebant apostoli, quando dixit: Dormite jam et requiescite<sup>51)</sup>! Dicitur autem vallis Josaphat, quia rex Yerusalem, qui vocabatur Josaphat, fuit ibidem sepultus<sup>52)</sup>. In ista

38) Marc. 16, 7.

39) Über den Ursprung und die Verbreitung dieser Sage vgl. CONRADY, Vier rhein. Pal. Pilgerschr. 129; TOBLER, Topogr. II, 128 ff.

40) TOBLER, Topogr. II, 106. 109. 111. 115. 121.

41) Vgl. TOBLER, Golgatha 364—6; TOBLER, Topogr. II, 114. 163—164.

42) TOBLER, Topogr. II, 108—115. 43) Ibid. 108. 120.

44) Joh. 20, 27. 45) Der Text liest fälschlich regnum.

46) Act. 2, 29; vgl. TOBLER, Topogr. II, 145 ff.

47) TOBLER, Topogr. II, 108 ff. 48) Ibid. 115.

49) Lücke, wohl zu ergänzen durch missam cantavit (vgl. ibid. 114. 127 f.).

50) Joh. 18, 1. 51) Matth. 26, 41.

52) TOBLER, Topogr. II, 14—16; vgl. Siloah 304 ff.

valle fiet judicium in fine seculorum juxta prophetam<sup>53)</sup> dicentem: Congregabo vos omnes in valle Josaphat. In medio istius sacra-tissimae val(l)is apostoli sepelierunt beatam Mariam, ubi est eccles-ia mirae pulcritudinis miro lapide tabulata<sup>54)</sup>, ut dicit Jeronimus in sermone. In qua ecclesia ostenditur ejusdem Virginis sepul-crum et tantae quantitatis in longitudine, latitudine, profunditate, formositate, sicut est sepulcrum filii sui scilicet Yhesu Christi. Supra istud celebravi sepulcrum missam Assumptionis beatae Mariae virginis.

Visitavimus Montem Oliveti, in cuius cacumine est ecclesia rotunda, in illo scilicet loco, ubi ascendit Christus in celum. Prope montem Oliveti est mons collateralis, qui olim dictus est mons offensionis, eo scilicet quod rex Salomon quondam posuit ibi ydolum Moloch adorans illud<sup>55)</sup>. In eodem monte offensionis est locus, qui vocatur Galilaea<sup>56)</sup>, ubi apparuit Christus discipulis suis, quando praedixit dicens: Praecedam vos in Galilaeam<sup>57)</sup>, ita quod est Galilaea provincia, de qua omnes apostoli et Christus fuerunt, unde scriptum est<sup>58)</sup>: Numquid omnes isti Galilaei sunt? Est ista Galilaea prope Jerusalem, ubi apparuit Christus discipulis suis, alia vero Galilaea est provincia, quae distat per tres dietas, ubi est civitas Samaria<sup>59)</sup> et Capharnaum et Magdalum, unde dicitur Magdalena, et Betulia, unde fuit Judith, et puteus Samaritanæ et Cana Calilaeæ, ubi fecit Christus de aqua vinum, et Mons Tabor, ubi fuit Dominus transfiguratus coram Petro, Jacobo et Johanne. Ad radices montis Tabor est torrens Cison, ubi interfecit Helyas sacerdotes Baal, ubi principes gentium scilicet Oreb, Ceb et Zebee et Salmana fuerunt mortui; lege librum Judicum<sup>60)</sup>.

Juxta montem Tabor est civitas Nayn, ubi suscitavit Christus filium viduae dicens<sup>61)</sup>: Noli flere! Prope illum locum est locus Melchisedech<sup>62)</sup> obvians Abrahæ redeunti de prelio obtulit panem et vinum.

53) Joel 3, 2; vgl. TOBLER, Topogr. II, 26.

54) TOBLER, Siloah 177—186. 55) Ibid. 77—79.

56) Ibid. 72—4; vgl. HOFMANN, D. Leben Jesu nach den Apocryphen 395—366.

57) Matth. 26, 32.

58) Act. 2, 7.

59) Es ist auffallend, dass der Reisende Samaria und den gleich darauf folgenden Jacobsbrunnen mit zu Galilaea rechnet.

60) Jud. 7, 25; 8, 1—6.

61) Iac. 7, 13.

62) Nach JOH. v. WÜRZBURG 110 u. BURCHARDUS 47 bei Endor; wohl qui zu ergänzen.

Redeamus ad montem Oliveti. Aliquantulum in descensu montis Oliveti est lapis prægrandis, super quem Christus ascen-dit contemplans civitatem et ipsam videns et contemplans ejus pulcritudinem flevit<sup>63)</sup> dicens: Si cognovisses et tu<sup>64)</sup>!

Item vidimus cimiterium peregrinorum scilicet campum Acheldemach emptum de precio sanguinis Christi exeundo de porta sancti Stephani, quae dicit ad vallem Josaphat, quae ideo vocatur porta sancti Stephani per totam illam viam usque quasi ad torrentem Cedron, quia ibi fuit lapidatus sanctus Stephanus et tota illa via fuit suo sanguine consecrata, et adest lapis<sup>65)</sup>, ubi genuflexit dicens: Ne statuas illis hoc peccatum<sup>66)</sup>!

Visitavimus Bethaniam, ubi fuit Lazarus sepultus, et extra castrum Bethaniae est unus lapis, ubi Christus sedit, quando Martha occurrit ei obviam Christo scilicet venienti<sup>67)</sup> et dixit: Domine, si fuisses hic etc.<sup>68)</sup>! Sepulcrum Lazari est pulcrrimum.

De Bethania descendimus Jericho, ubi incidit homo in latrones, quae vere est via latronum juxta Jericho. Juxta viam, quae dicit Jericho, est ecclesia<sup>69)</sup>, ubi scilicet cecus clamabat secus viam dicens<sup>70)</sup>: Yhesu, fili David, miserere mei! Jericho est civitas Zachei, qui Christum recepit hospitio. Jericho est civitas, quam Josue maledixit dicens: Maledictus homo, qui hedificavit Jericho! Lege librum Josuae<sup>71)</sup>, ubi multa sunt de Jericho. Prope Jericho est desertum, ubi Christus jejunavit XL diebus, ubi est pulcra ecclesia seu oratorium. Et est ibi mons, ubi in cacumine dyabolus portavit Christum, sicut dicitur in evangelio, quod scili-cet duxit illum in montem excelsum valde. Super cacumen illius montis ascendi non sine magno periculo, ubi est oratorium chris-tianorum<sup>72)</sup>. Ad radices illius montis est fluvius Helyseus, ubi scilicet misit sal et dulce factum fuit; lege librum Regum<sup>73)</sup>.

Prope Jericho per IV millaria est Jordanis et locus, ubi beatus Johannes baptizabat, ubi est pulcrrimum monasterium Graecorum ad honorem beati Johannis Baptista et est super

63) TOBLER, Siloah 231 ff.

64) Luc. 19, 42.

65) TOBLER, Topogr. II, 187—8.

66) Act. 7, 59.

67) TOBLER, Topogr. II, 436.

68) Joh. 11, 21.

69) TOBLER, Topogr. II, 657—8.

70) Matth. 15, 22.

71) Jos. 6, 26.

72) TOBLER, Denkblätter 702 ff.

73) 2 Kön. 2, 19 ff.; vgl. TOBLER, Topogr. II, 559—563.

ripam Jordanis<sup>74)</sup>). Prope istud monasterium per VI millaria est mare mortuum, ubi scilicet fuerunt IV civitates, scilicet Sodoma et Gomorra, Adama et Soboym; lege Genesim<sup>75)</sup>. In ipso male-dicto mari totus absorbetur sacer ille Jordanis.

Veniendo de Bethleem juxta viam est sepulcrum Rachelis, uxor Jacob, mirabilius sepulcrum, quod unquam viderim. Non credo per XX paria bovum possent unum de lapidibus illis, qui sunt ibi, trahere, set nec movere<sup>76)</sup>.

Venimus Bethleem, quae dicitur Efrata et civitas David dicitur, quia ibi David natus, ubi est fons, de quo dixit David<sup>77)</sup>: O quis daret mihi potum aquae de cisterna, quae est Bethleem juxta portam! De istius putei aqua bibi valde optima<sup>78)</sup>. In Bethleem est ecclesia in loco, ubi Christus fuit natus, quae dicitur Sancta Maria, tam pulchra, quod nunquam vidi tam pulchram, tam curiosam, tam sculptuosam in columpnis et picturis tam magnam, sicut est ista venerabilis ecclesia Bethleemitica toto orbe terrarum veneranda. Narrare siquidem seriose et sigillatim ipsius per totum mondum venerandae ecclesiae magnitudinem, latitudinem, longitudinem et diversorum lapidum marmoreorum ornatum, ordinem mirabilium et multiplicum columpnarum marmorearum, picturarum varietatem, ordinem et curiositatem et pavimentum miro lapide tabulatum, tectum metallo plombeo<sup>79)</sup> copertum, nimis esset longum enarrare<sup>80)</sup>. Set temporalia transeamus et solum, quae sunt in ipsa sacratissima ecclesia spiritualia, dicamus.

In ecclesia Eusfrata seu Bethleem est locus, ubi Christus fuit natus, ubi est altare suum<sup>81)</sup>, super quo celebravi missam trium regum. Juxta ipsum altare est<sup>82)</sup> . . . . . ubi fuit praesepium<sup>83)</sup>. In eadem ecclesia est altare, ubi fuerunt sepulta multa corpora innocentium<sup>84)</sup>. Extra ecclesiam in claustru est capela, ubi morabatur sanctus Jeronimus, et ibi expiravit, et ejus cella ostenditur, ubi bibliam corredit<sup>85)</sup>. Non multum ab ecclesia praedicta est ecclesia sancti Nicolai, scilicet, ubi sancta Paula

74) TOBLER, Topogr. II, 685—686.

75) Genes. 19.

76) TOBLER, Topogr. II, 788.

77) 1 Chron. 12, 17.

78) TOBLER, Bethlehem 263—264.

79) Der Text liest: pombleo.

80) Zur Geschichte der Kirche im XIV. Jahrhundert vgl. die ausführliche Schilderung in TOBLER's Bethlehem 109 ff.

81) Ibid. 124—144.

82) Lücke, wohl durch locus zu ergänzen.

83) Ibid. 159 ff.

84) Ibid. 180 ff.

85) Ibid. 131. 191 ff.

cum Eustochia, filia sua virgine, adductae de Roma per beatum Jeronimum fecerunt penitentiam<sup>86)</sup>. Supra Bethleem versus orientem ad unum milliare est locus, qui dicitur ad pastores, in quo loco pastores custodiebant vigilias noctis supra gregem suam<sup>87)</sup>, ibique apparuit eis angelus dicens<sup>88)</sup>: Annuntio vobis gaudium magnum etc. Inde recesserunt ipsi pastores festinantes dicentes: Transeamus usque in Bethleem etc.<sup>89)</sup>! Ibi est ecclesia et fuerunt, ut dicit Beda, sepulta corpora istorum pastorum, quae fuerunt tantum tria corpora<sup>90)</sup>.

Reversi de Bethleem et de Jordane ultimo intravimus ecclesiam sepulcri die sancti Georgii<sup>91)</sup> martyris in vesperis et stetimus tota nocte et die sequenti usque ad tertiam tota nocte illuminata candellis et ipsa nocte stetimus media nocte in sepulcrum. Mane celebravimus in monte Calvariae in loco, ubi fuit Christus crucifixus, ubi primam cantavit missam, ubi cum clamore valido et lacrimis orans, ut dicit apostolus, exauditus est pro sua reverentia. Cantavi autem missam de cruce. Ecclesiam autem praedictam sepulcri si vultis scire, quomodo facta est, videatis ecclesiam Bononiae sancti Stefani<sup>92)</sup>. Non eadem est una ecclesia set multae ecclesiae contiguae, quae diversa continent loca sacra toto orbe veneranda. Primo continet montem Calvariae, qui est super omnia mundi loca devotus et reverentia dignus, ubi mediator Dei et hominum Adae debitum solvit et veteris piaculi captionem pio cruento deterxit<sup>93)</sup>. Ibi adhuc est foramen, ubi crux fuit fixa. Ibi depictus est Habraam in eodem loco offerens filium Ysaac<sup>94)</sup>. Totus ille mons est in pavimento ornatus lapidibus marmoreis valde politis, superius totus testudinatus artificialiter et totus depictus ymaginibus mosaycis, inter quas sunt ymagines sancti Constantini et Elleneae, matris sueae, et Heraclii Imperatoris, David, Salomonis etc.<sup>95)</sup>.

86) Ibid. 128. 199—204. 238 ff.

87) TOBLER, Bethlehem 251 ff.

88) Luc. 2, 9.

89) Ibid. 15.

90) BEDA, De locis sanctis 223 (TOBLER-MOLINIER, Itinerar. I).

91) 23. April.

92) Vgl. DONATO PULLIENI DE' LUPARI DA SIDERNO: Relatione historica overo chronica della misterios a chiesa di San Stefano di Bologna, Bologna 1600, 80; ANTONIO CANALE: Nuova Gierusalemme detta la Sacra Basilica di San Stefano di Bologna, Bologna 1637, 40; PETRARCHE: Della insigne abbaziale basilica di San Stefano di Bologna, Bologna 1747, 40.

93) TOBLER, Golgatha 254.

94) Ibid. 273.

95) Ibid. 275 f.

Sub monte Calvariae sunt duo sepulcra solemnia, quorum in uno sic scriptum est<sup>96)</sup>: Hic jacet inclitus dux Godofredus de Bolion, qui totam istam terram acquisivit cultui christiano, cuius anima regnet cum Christo. Amen. Hic Godofredus nunquam voluit coronari dicens: Ubi Dominus mens Yhesus Christus fuit coronatus cum corona spinea nunquam coronabor corona aurea! Ita quod fuit rex sine corona. Aliud sepulcrum talem habet titulum<sup>97)</sup>: Rex Balduynus, Judas alter habeus<sup>98)</sup>, Spes patriae, vigor ecclesiae, virtus utriusque. Quem formidabant, cui dona, tributa ferebant, Cedar et Egyptus, Dan, Alcomicida<sup>99)</sup>, Damascus. Proh dolor, in modico clauditur hoc tumulo! Est in eadem ecclesia chorus pulcerimus et altare patriarchale, in ejus chori medio est medium mondi<sup>100)</sup>, ubi scilicet Christus ponens digitum dixit: Hic medium mondi est! In ejus rei testimonium est lapis in circulum erectus, ubi cantatur Alleluia. Est in eadem ecclesia locus, ubi fuit crux repperta, ubi est altare. Est locus in eadem ecclesia, ubi stabat Domina nostra iuxta crucem, item locus, ubi stabant noti ejus a longe cum mulieribus, inter quas erat Maria Magdalena, item locus, ubi Josep et Nicodemus laverunt corpus Yhesu. Ibiique eodem loco in titulum unus lapis, quem feriticus secundum mensuram longitudinis Christi<sup>101)</sup> mensuravi, et est ejusdem mensurae sicut sepulcrum Christi<sup>102)</sup>. Item locus, ubi apparet primo Mariae Magdalene.

Reversi sumus de Yerusalem, ut rediremus Cyprum. Per viam est Ramacha, terra Samuelis, et sepulcrum ejus ostenditur, et castrum Emaus et civitas Machabaeorum. Ex parte fratris Antonii fratribus Uberto et Andriolo haec pauca dicta sufficiant. Valde subito feci, quia cito vado ad contemplanda et longe plura Domino disponente et vobis iterum scribenda vestris orationibus adjuvantibus. Amen. Datus die XVII Septembbris.

MCCCXXX in festo sancti Calixti<sup>103)</sup> ego frater Antonius

96) Ibid. 147—148, Beilage I, besonders aber DE HODY, *Les tombeaux de Godef. de Bouillon et des rois latins à Jérusalem*, Bruxelles 1855, 448—469 und planche IV. V.

97) TOBLER, Golgatha, Beilage I; DE HODY 469—475 und planche V.

98) Statt habeus ist zu lesen Machabeus.

99) Es ist zu lesen Dan ac homicida.

100) TOBLER, Golgatha 328—330.

102) TOBLER, Golgatha 444—446.

101) Hier folgt im Texte: quem.

103) 14. October.

recessi de Famagusta et die XXIIIJ ejusdem mensis Octobris perveni Damiatam, terram Egypti. Ipsa est terra Gerse, quam petierunt filii Israclis a Pharaone pro pascendis gregibus suis. Ibidem beatus Francischus fuit et conflictum futurum christianis praedixit<sup>104)</sup>, ibique beatus Ludovicus, rex Franciae, fuit captus et de carcere Egyptiaco pro centum millibus marchis argenti redemptus est, ibidem est pons, quem idem sanctus Ludovicus fecit fieri<sup>105)</sup>. In Damata fui diebus XXXVJ, inde recessi in vigilia sancti Andreae<sup>106)</sup>, ut venirem Alexandriam, ad quam perveni V. die mensis Decembris, scilicet in festo sancti Sabae abbatis. Alexandriae est ecclesia pulcherrima ejusdem Sabac abbatis<sup>107)</sup>. Alexandriae visitavi loca bucula, ubi evangelista Marcus fuit tractus et martyrizatus<sup>108)</sup> et sepultus et inde Venetas translatus. Alexandriae visitavi locum, ubi sancta Katerina fuit decapitata<sup>109)</sup>.

De Alexandria recessi VIIJ die Decembris iturus Babilonium, ad quam pervenimus XVIIJ die ejusdem mensis Decembris. Ascendimus autem Babilonium per fluvium Paradisi, qui est major quam sit Padus et vocatur Nilus. In mundo non est sanior aqua ad bibendum, quae nunquam laedit, quantumcunque bibatur de ea. In Babilonia sunt tres civitates, id est Kayrum, Babilonia et castrum Soldani, et una distat ab alia, quae plus distat per medium milliare. In castro moratur Soldanus cum decem millibus militum. In Kayro et Babilonia habet et tenet continue ipse Soldanus XIV millia militum, item habet sex elephantes, quos vidi et tetigi, et leones VIIJ et unam bestiam, quae vocatur Zarapha<sup>110)</sup>.

104) 1219; vgl. Quinti belli sacri testimonia minora ed. R. RÖHRICH  
214. 249—251. 254—256.

105) Offenbar eine Verwechslung mit Bibars, über dessen grosse Brückenanlage REINAUD, Extraits 481—2, Note 3 handelt.

106) 29. Nov.

107) Über diese Kirche vgl. SIGOLI, Viaggio al Monte Sinai, Firenze 1829, 117.

108) SIGOLI 97 u. 117: »e che si trova vicino al mare sotto il nome di Boccoli, ove l'evangelista fu sepolto«; vgl. NICCOLO DA POGGIBONSI, Libro d'oltramare, Bologna 1881, II, 49—50 u. SURIUS, Historiae seu vitae SS., Taurini 1875, IV April, 588.

109) POGGIBONSI II, 48—49; SIGOLI 97; Eine ausführliche Behandlung der ganzen Katharinensage siehe bei CONRADY 346—359.

110) Also eine Giraffe, ital. girafa.

In mundo non est ita similis bestia; habet pellum orbiculatum pulcerrimum et pedes sicut pedes bovis et collum longum per XX bracchia, caput sicut caput equi. In Babylonie vidi granaria Josep, de quibus loquitur *Genesis*<sup>111)</sup>. Et Babilonia est supra fluvium Paradisi syta, et illuc veniunt naves de India portantes species et ellephantes. Soldanus vadit ad venationem cum XI. millibus hominum. Dromedarii, qui velocius currunt prae omnibus animalibus, ibi sunt sine numero, similiter camelli sine numero. Ibi prope Babilonium nascitur balsamum ad IV miliaria<sup>112)</sup>, et ibidem sive die Dominico et nunquam potest<sup>113)</sup> crescere seu fructum facere, si irrigantur die Dominico, ita quod oportet, quod die Dominico, velint nolint, desistant ab opere, alibi vero semper operantur die Dominico. Item non potest crescere balsamum, nisi irrigatur non de omni aqua set de aqua fontis beatae virginis, quem fecit isto modo. Nam cum fugisset persecutionem Herodis et Egyptum venisset et in uno casali aquam petisset et illi negassent, processit ulterius et facta oratione fecit ipsum fontem dicens: De isto fonte possint omnes bibere exceptis hiis, qui nascentur in isto casali<sup>114)</sup>! Et factum est in futurum, quod vineae Egadi, quae faciunt balsamum, fuerunt translatae de terra sancta in Egyptum<sup>115)</sup> et juxta istum fontem plantatae fuerunt, et quantum potest se extendere aqua istius fontis, tantum dilatant se ipsae sacrae vineae seu arbusculae et faciunt balsamum. Et sub celo non nascitur nisi ibidem. De ipso optimo balsamo habeo modicum valde, de mediocri plus, de viliori longe plus.

In Babilonia est ecclesia beatae virginis, ubi scilicet manit annis VII, secundum quosdam vero tantum una nocte, et vocatur ipsa ecclesia sancta Maria de cava<sup>116)</sup>, et ibidem feci festum

111) Genes. 41, 48.

112) Bei Mataria; vgl. LUDOLF VON SUDHEIM 52—54.

113) Der Codex liest: postero.

113) Der Codex ist ...  
114) Vgl. RUD. HOFMANN, Das Leben Jesu nach d. Apocryphen 180 f.

114) Vgl. KUB. HOFMANN;  
115) Vgl. THIETMAR 34; BURCHARDUS 64; ROBINSON, Palaest. II, 537—8.

### Note 5.

Note 6.  
116) Santa Maria della Cava, welche POGGIBONSI II, 89—91 und SNOOK  
96, 149 beschreiben (offenbar identisch mit »Domina nostra de Chana Baby-  
loniae« bei POLONER in TONLER, Descriptiones Terrae Sanctae 280). MAKRIZI,  
Gesch. d. Kopten in d. Göttinger Acad. Abhandl. 1817, 118, 119 erwähnt 3  
Marienkirchen: auf der Strasse Zuweila, auf der Griechenstrasse und in der  
Nähe der Kirche des Schanuda.

nativitatis Christi et Epyphaniae<sup>117</sup>). Item est una alia ecclesia major in Babylonio, que vocatur sancta Maria de Caschala<sup>118</sup>). Item est una alia ecclesia pulcerrima, quae vocatur sancta Barbara<sup>119</sup>), et ibidem est corpus sanctae Barbarae, quod tetigi et osculatus fui. In Babilonia fui XXX diebus.

Anno vero Domini MCCCCXXXI die XVJ Januarii in festo sancti Marcellini papae recessi de Kayro Babiloniae, ut venirem ad desertum filiorum Ysraelis ad montem Synay ad sanctam Katerinam cum VIIJ peregrinis latinis. In qua quidem via multa substinuimus adversa exterius laboris viae et interius timoris mortis nobis intentatae ab illis Arabis, qui nos ducebant, qui sunt Saraceni et non timent Soldanum, cum haberemus literam Soldani. Nec aliquos timent, quia, postquam sunt in deserto, ubi nullus hominum habitare potest, nullum timent. Et habebamus bonam plenariam in Babilonia de eis, set nullus potest cum eis transire nisi in virga ferrea et nullus hominum audet se ponere in deserto, nisi ipsi solum Arabes. Die XX ejusdem mensis in festo Sanctorum Fabiani et Sebastiani in sero in interioribus deserti juxta fontem Moysis<sup>120</sup>, quem fecit ipse Moyses pro filiis Ysraelis, voluerunt nos invadere et jugulare et nos viriliter cum arcu et sagittis, lapidibus et baculis fecimus custodiam illa nocte, quod videntes continuerunt se, quia non erant nixi quatuor cum singulis lanceis et duabus mulieribus et duobus pueris parvis. Et nos habebamus bonum arcum et spicula XIJ et eramus VIIJ personae viriles et bene inducti, ipsi vero in camisia nudi. In aurora diei scilicet in crastinum in festo sanctae Agnetis<sup>121</sup> visi sunt nos velle invadere, set Deus semper pervertit, nam si incepissent, putabamus sine dubio omnes trucidare, set proh postea fuisse omnes mortui in deserto, quia viam nesciebamus. Adhuc suam

117) 25, Dec. 1330 u. 6, Jan. 1331

118) Santa Maria della Scala («però quando vai alla detta chiesa, si sali per una scala di trenta sei scaglioni di pietra») bei POGGIBONSI II, 91 u. SIGOLI 95, 148 beschrieben (ob «domina nostra de Laza» bei POLONER 279?).

119) Bei POLONER 250, POGGIBONSI II, 92, SIGOLI 95, 148 beschrieben, bei FELIX FABRI III, 51 u. MAKRIZI 118 kurz erwähnt (nach dem letzteren lag diese Kirche in der Griechenstrasse und ward 718 der Hedschra zerstört; eine gleichnamige Kirche wird S. 120 ebenda erwähnt).

120) Ajūn Mūsā sōö, von Suez auf der Sinai-Halbinsel.

121) 22. Jan. 1331.

malitiam exercentes conati sunt ducere per devia quaeque non per viam rectam, ut possent nos in montibus interficere, set gratia Dei unus erat nobiscum Latinus, qui alias<sup>122)</sup> fuerat ad sanctam Katerinam et habebat aliqualem notitiam viae, qui clamavit de nocte dicens hora lucana:<sup>123)</sup> Succurrite, quia nos ducunt extra viam in montibus et rupibus! Et tunc omnes violentiam fecimus eis eripientes de manibus eorum lanceas et angariavimus eos in virga ferrea non tamen mutilando eos, qui iverunt et nos duxerunt in montem Synay juxta scientiam praedicti nostri socii, qui de ipsa via habebat aliqualem peritiam. Tandem non nostris meritis, set Dei misericordia, orante pro nobis sancto Moyse et beata Katerina, cuius peregrinationem agebamus, sabbato LXX<sup>ae</sup><sup>124)</sup> pervenimus ad monasterium sanctae Katarinae, quod est juxta radicem montis Synay.

In ipso monasterio est ecclesia sanctae Sophyae pulera valde, quam fecit fieri Justinianus, christianissimus imperator, in qua est una pulcherrima archa lapidea et in ipsa archa ossa beatae Katerinae de cacumine montis ad ipsum monasterium translata per revelationem hoc modo<sup>125)</sup>. Cum per CCCC annos fuit in cacumine unius montis juxta montem Synay ipsum sacrum corpus portatum et custoditum et ignotum esset hoc mortalibus, set neque accessus humanus ad ipsam rupem montis, monachi, qui per diversa montis Synay habitabant, videbant de nocte super ipsam rupem descendere de celo ignem et cantus audiebant saepe et orationi se dantes, quid hoc esset, a Deo postulantes, responsum fuit ibidem esse et ante CCCC annos et per angelos portatum fuisse corpus unius sanctae mulieris in Alexandria martyrizatae pro nomine Yhesu nomine Katerina et addidit angelus: Ascendatis et illud transferatis ad monasterium et ho(no)re digno habeatis, quia sic est voluntas Dei! Quod et factum est. Juxta ipsum monasterium est una capella syta in loco, ubi vidit sanctus Moyse rubum et in rubo Deum, et nos et omnes, qui ipsam sacram capellam intrant, discalcent se more Moysis, cui dictum fuit a Deo: Solve calciamenta de pedibus tuis, quia locus, in quo stas, terra sancta est!<sup>126)</sup> Die XXVIII Januarii ascendimus sacrum montem

122) Wohl verschrieben für alias.

123) Am frühen Morgen.

124) 26. Januar.

125) Vgl. SIGOLI 161—172.

126) Exod. 3, 5; vgl. ROBINSON I, 160.

Synay, ad cuius modicum ascensum est una ecclesia beatae virginis, ubi tale dicitur fuisse miraculum seu visio<sup>127)</sup>. Nam cum monachi propter penuriam et multitudinem pulicum et sexpedum proposuerint monasterium dimittere et prius vellent sacrum montem visitare quasi licentiam petendo, in ipso primo montis ascensu, ubi est ecclesia supradicta, apparens beata virgo, mater Dei, dixit monachis: Revertimini et monasterium non dimittatis, quia voluntas filii mei est, quod semper hic sint christicolae et nunquam deficiente vobis necessaria vitae, et quod recedet vermium plaga fide jubeo et fideijutrix sum, inquit mater Dei. Qui revertentes granaria plena invenerunt et pulices nusquam in monasterio apparuerunt, quod ego probavi. Nam in Babilonia vix poteram dormire propter pulices, set in sacro monasterio nullum sensi pulicem. Et cum distent ab habitatione humana per CL milliaria in deserto, tamen semper habondanter Deus mittit eis, cum sint in medio Arabum et infidelium. Omni namque die faciunt coquinam pro CCCC personis, habent lebetes magnos in Venetiis factos et de Venetiis ibidem super camellos portatos. Post praedictam ecclesiam sanctae Mariae invenimus post magnum ascensum sacrum montem Dei Oreb, ad quem misit Deus Helyam et ibidem pavit ipsum corvus, et ibi est ecclesia sancti Helyae et caverna in rupe<sup>128)</sup>, ubi faciebat penitentiam, ubi fugerat a facie Yezabel. Et sicut illic ipsum pascebant corvi ita et nunc<sup>(?)</sup> in monasterio omni die veniunt C corvi ad minus silvestres ad monasterium juxta coquinam monachorum et petunt annonam eorum, et cottidie datur eis aniona, et post cibum volant ad rupes montium et hora prandii omni die revertuntur.

In cacumine ipsius montis Synay est ecclesia loco<sup>129)</sup>, ubi fuit data lex Moysi, et est ibi rupis una, ubi latuit Moyses, quando vidit claritatem Dei, quam substinerem non valens intravit et abscondit se, et cum rupis illa sit ita dura, quod nec cum malleo nec celte potuerim aliquod de ipsa habere seu evellere, remanet tamen ibidem in rupe ymago Moysis, cui cessit rupis illa, ac si esset terra et ipsius effigies in rupe appetat, quod fuerit homo magnus statura

127) RITTER 570 f., 617. Die nun folgende Flohgeschichte erscheint in den meisten mittelalterlichen Beschreibungen (ROBINSON I, 167 f.).

128) Vgl. MAKRIZI 116; RITTER 522, 524, 571, 574—576, 579, 617.

129) Vgl. MAKRIZI 116; RITTER 576, 581—2.

et latus in humeris. Set proh dolor in ipso sacratissimo monte est ydolum abominationis, id est moscheta Machometi, pseudoprophetae Saracenorum<sup>130)</sup>, ubi veniunt ad peregrinationem et vocant Moysem prophetam Dei. Set Machometus major Moyse et Habraam et omnibus prophetis et Christo nostro et omnes, ut dicunt, peccaverunt prophetae et in judicio dicent culpam suam, et Machometus rogabit pro eis, et parcer illis Deus. Et dicunt, quod nisi fuisset Machometus, Deus non fecisset celum et terram, nec solem, nec lunam etc., et praecipue arguetur a Deo Christus noster in judicio illique dicit: Quare tu Yhesu, cum te miserim, dicit Deus, usurasti gloriam meam dicens, te esse Deum? Et dicit culpam suam. Machometus, dicit Deus, solus mihi fuit fidelis non usurpans gloriam meam et Yhesu parcer propter preces Machometi etc.<sup>131)</sup>

Die XXX. Januarii ascendimus montem sanctae Katerinae. Siquidem non fuit portata ab angelis, ut dictum est, in loco, ubi fuit data lex, set in alio monte prope illum altiore illo, et non est prope alias mons, set est una pena ejusdem montis Synay, sicut in digitis manus meae unus digitus est altior alio, est tantum una manus. Iustum montem seu istam penam montis Synay, que non vocatur mons Synay set mons sanctae Katerinae, ascendi, et est ascensus inhumanus, et vix potest aliquis ascendere cum manibus et pedibus, et in cacumine montis talis est in superficie rupis durissima, quam vix potui frangere cum malleo et celte. Super ipsam rupem posuerunt angeli corpus sanctae Katerinae et

130) RITTER 580—1.

131) Die Sache steht in oder bezieht sich auf Sur. 5, 116 (Verszählung FLÜGEL's und HINCKELMANN's) und Sur. 7, 5, in denen von der Prüfung am Gerichtstage die Rede ist. Es ist aber ein grosser Unterschied: in der Koranstelle weist Jesus den Vorwurf ab, und Gott erkennt dies als richtig an, bei ANTONIUS bekennt er sich dazu und bedarf der Intercession Muhamed's zur Verzeihung. Ersteres ist die Lehre der orthodoxen Dogmatik; vgl. Ghazālī, La perle précieuse publ. par B. GAUTIER (Genève 1876) S. 64 ff. der Übersetzung. Dass Muhamed im Gericht überhaupt Fürbitter sei, ist nicht ausdrücklich im Koran gesagt, aber nicht ausgeschlossen; erst die Tradition behauptet es. Auch die Propheten werden im Weltgericht geprüft (vgl. GAUTIER a. a. O.). Ob nun die Lehre, die ANTONIUS gehört haben will, irgendwo wirklich vorgekommen sei, lässt sich aus Mangel an Material nicht ausmachen; sie wird wohl von ihm missverstanden sein. Entschieden ist das der Fall mit der Vorstellung, Gott habe um Muhamed's willen die Welt erschaffen (G.).

usque hodie appareat in rupe quasi concavum secundum longitudinem et altitudinem corporis sanctae continentem<sup>132)</sup>. Ibi rupes illa durissima cessit sacro corpori, sicut cera cedit ignito ferro. Inde fuit translatum ad monasterium per revellationem, sicut praedictum est. In festo sancti Blaxii<sup>133)</sup> fuit nobis apperta archa sanctae Katerinae, in qua vidi et contemplatus fui ad libitum et osculatus fui sacra illa ossa beatae Katerinae<sup>134)</sup>. Est in archa illa caput et ossa tibiarum ambarum et aliqua ossa parva, reliqua vero sunt oblata. De ipsis sacris ossibus manat oleum valde modicum, ymo quasi nichil ad praesens, quae consueverunt emanare, quod ardebat lampades de ipso sacro liquore. De ipso sacro liquore vix potui tantum colligere, quantum est granum ciceris, quia durus est seu spissus talis liquor, et ipsum habeo in una ampuleta. Et tum obtuli ipsis sacris reliquiis unam candelam magnam et extra candelam X venetos albos novos infixos in candela, et per ossa tibiarum apparet, quod fuit magna mulier statura, ossa eius omnia sunt nigra propter liquorem, qui emanat.

Quarta Februarii recessimus de ipso sacro monasterio ituri versus Jerusalem, videlicet Gaza(m) et de Gaza Jerusalem. Et in ipsa via de Monte Synay usque ad Gazam fuimus XV diebus in deserto, in qua quidem via longe plures tribulationes et angustias substinximus quam in prima via scilicet in veniendo ad montem Synay de Babilonia; nam erraverunt in via conductores nostri; panem ad mensuram habebamus, aquam minus, ymo propter defectum aquae quasi fuimus mortui. Nam in festo sancti Valentini<sup>135)</sup> invenimus aquam corruptam et stercoibus camellorum infectam, colore viridem, spissam, fetidam et salsam, potum mortis, quem bibimus eo die et die Veneris sequenti usque ad vesperam propter defectum melioris. Et cum ipso die Veneris scilicet XV die mensis Februarii quasi defeccerimus prae siti, quare illam corruptam non audebamus bibere, quia bibere mors erat sitis, post preces, singultus, lacrimas et suspiria, orante pro suis peregrinis beata Katerina, divina clementia exinsperato non sine omnium admiratione et stupore miraculose nobis providet de bona aqua

132) Vgl. Ritter 580, 598 ff.

133) 3. Februar.

134) Vgl. Conrady a. a. O. 277 ff.

135) 14. Februar.

set modica, propter quod miraculum dipingitur ystoria sanctae Katerinae in ecclesia nostra, quod votum fecit unus merchator, qui erat nobiscum, natione Placentinus nomine Johannes de Rosal<sup>136)</sup>, qui dicit fratrem Ubertum consanguineum suum; modum autem, quomodo ipsam aquam habuimus, nimis esset longum enarrare, ideo taceo. Quid plura? Cum illo modico poculo aquae a Deo nobis missae ambulavimus usque sero, sequentes vero vestigia leonis in sero invenimus aquam optimam et multam non sine Arabum admiratione dicentium, se nunquam ibidem receperisse aquam et forte altam per grositiem unius digiti, set sufficit nobis. In crastinum die Sabbati invaserunt nos praedones Arabes in equis cum lanceis volentes nos spoliare et occidere propter robam ipsam, ne unquam posset scire: quibus cum diceremus, nos habere literam Soldani, responderunt. Soldanum esse adversarium ipsorum, ac per hoc velle nos occidere, nec erat spes alicujus defensionis nec fugae et distabamus a Gaza per tres dies. Quid plura? Quae nos liberavit de morte sitis et de manibus illorum Arabum, sicut praedictum est, scilicet sancta Katerina, cuius peregrinationem agebamus, post multorum vota, preces et lacrimas, inter quos vovi, quod ego ad honorem sanctae Katerinae XVIIJ Ave Maria, genuflexiones propter illum numerum annorum aetatis ipsius, que fuit puela annorum XVIIJ, similiter vovi matri Dei semper vigilias ipsius IV<sup>r</sup> et beatae Katerinae jejunare in pane et aqua, si ipsius meritis non periremus in manibus canum inimicorum crucis Christi. Quid plura? Post alias horas Deus mutavit furiam cordis eorum in mansuetudinem ita, quod nec personas laixerunt nec res rapuerunt excepto pane, quem humiliter petierunt a nobis. Post illud periculum statim eodem die et hora nona catharathae celi, ut ita loquar, appertae fuerunt, et descendit super nos inundatio aquarum et grandinum et viam nesciebamus et modicum panem habebamus, sed, perseverante in oratione pro suis peregrinis sancta Katerina, ambulavimus bonam viam casu non alicujus scientiae set dirigente nos angelo, qui direxit Tobiam. Insuper habuimus tantum frigus in via, quod aqua,

136) Dieser Name ist nicht weiter nachzuweisen; über die Nachbildung heil. Stätten in Piacenza vgl. LORENZO LONGO, Gerusalemme Piacentina cioè chiese e luoghi di Piacenza corrispondenti in sito à luoghi Santi di Gerusalemme. Piacenza 1659, 40.

quam bibebamus, congelata erat, de nocte cruciabamur a frigore et de die urebamur.

Die XVIIJ Februarii pervenimus Gaza(m) et, si plus uno die fuissemus in deserto, fame perissemus. Majus periculum est per desertum viae quam per mare. In mundo non est durior peregrinatio quam ad montem Synay et, si praescivissem ipsa pericula, nunquam pedem posuisse, set multum gaudeo, quod feci, quia rogare deum didici, quia nunquam sui in periculo nisi ibi. Set semper una radix spei erat in corde meo, quod beata Katerina non permetteret nos perire, quae ita exaudibilis sancta est.

Gaza fuit terra Phylisticorum; prope Gazam hodie est domus Philistinorum, quam fecit Sanson dicens<sup>137)</sup>: Moriatur anima mea cum Phylistim! Portas Gazae portavit Sanson super unum montem, qui ibi est. Prope Gazam per V milliaria est vicus nomine Thabata, ubi sanctus Hylarion fuit natus, et est ibidem ecclesia, quae vocatur sanctus Hylarion<sup>138)</sup>.

Die XXJ Februarii recessimus de Gaza, quae vocatur vulgariter Gazaria, et in crastinum scilicet in cathedra sancti Petri<sup>139)</sup> pervenimus in Ebron, ubi factus fuit Adam et inde translatus in Paradixum fuit et post expulsionem de Paradiso in terram illam, de qua assumptus fuit ad literam reversus et semper ibidem stetit faciens poenitentiam de suis peccatis<sup>140)</sup>. Ibidem est campus damascenus, in quo fecit Deus Adam, ibidem est fovea, in qua mansit C annis Adam cum Eva plorantes filium suum Abel, ibique mortuus est et sepultus. Hunc locum super omnia loca mundi veneratus fuit Habraam propter reverentiam sancti Adam et cognoscens per revelationem ibi esse ossa sancti Adam primi hominis, emit agrum illum et faciens ibidem speluncham duplice sepelivit uxorem suam, matrem Ysaac<sup>141)</sup>. Postea voluit ibidem sepeliri similiter Ysaac et Rebecha, uxor sua, similiter et Jacob et Lia, uxor sua, unde Saraceni vocant lingua eorum Cariacharbe<sup>142)</sup>, id

137) Jud. XVI, 30.

138) Et-Tabaka, der Sage nach d. Geburtsort des Hilarion (vgl. ANTONIUS MARTYR (Itin. lat. I, 109); CONRADY 164).

139) 22. Februar.

140) Vgl. CONRADY 143—144 u. 160; Anmerk. 382 u. 480.

141) Vgl. die erschöpfenden Nachweise von P. RIANT in Les archives I, 411 ff.

142) Vgl. BURKHARDUS 81; siehe auch RITTER, Asien XVI, 211 ff.

est civitas IV<sup>or</sup> patrum, scilicet Adam, Abraam, Ysaac et Jacob, sive Israel cum uxoribus ipsorum, scilicet Eva, Sara, Rebecha et Lia. Ibidem etiam orantes filii Israelis patriarchae de Egypto translati sepulti sunt facientes reverentiam summo patriarchae scilicet sancto Adam. Ibidem est ylex mambre id est locus, qui vocatur Mambre<sup>143)</sup>, de quo scribitur: cum staret Habraam ad ylicem Mambre, tres vidit et unum adoravit. Mambre erat domus Habraam, ylex erat vana quaerens, quae hodie non est, set in eodem loco antiqua radix arboris unius. In Ebron unxit domus Juda David in regem, ubi regnavit viij annis, quia est ipsa Ebron in tribu Juda. De ipsa valle Ebron misit Jacob Josep, filium suum, ad fratres suos; scriptum est eidem<sup>144)</sup>: Missus igitur de valle Ebron etc. Ibi usque hodie est spelunca duplex, et habent ipsam speluncham in maxima reverentia Saraceni, quia sunt filii Abraam, scilicet Ysmahelis, filii Abraam, et vocant locum illum sacrum sancti Abraam, et est pulcerrimus fons ibi, quem fecit Habraam<sup>145)</sup>. Tota illa civitas irrigatur aquis; sunt ibidem vineae infinitae.

Eodemque die de Ebron venimus Bethleem Judae ibique in crastinum scilicet in vigilia sancti Mathey<sup>146)</sup> celebravimus missam in loco nativitatis Christi et fuit missa noctis nativitatis. Item sub ecclesia Bethleemitica est una fovea, quam modo vidi, aliarum non videram, ubi projecta fuerunt cadavera sanctorum Innocentium. Cetera, quae sunt in Bethleem et ad locum pastorum, aliarum vobis scripsi. Intrantes autem civitatem sanctam Yerusalem in vigilia sancti Mathey tam cito quam cito posui pedem in platea sancti Sepulchri, tres mulieres de Cremona, quae ibidem erant, me cognoverunt et statim alta voce clamantes dixerunt: Salutant vos fratres vestri et vobis literas ex parte domini Francischini fratris vobis

143) Über diese Abrahamseiche vgl. ROBINSON I, 338; II, 706, über die Sagen, welche sich daran knüpfen, vgl. RÖHRICHT, Beitr. I, 111 f.; SEPP, Jerusalem u. d. heil. Land I, 600 ff.; VULE, The book of Sir Marco Polo I, 132 ff.; JACOB GRIMM, Deutsche Mythologie 4. Aufl. 799 ff.; v. ZEZZSWITZ, 162 ff.; LOUIS DE BACKER, Vom römischen Kaiserthum deutscher Nation, 162—166; LOUIS DE BACKER, L'extrême Orient, 364—367; ZARNCKE, D. Presbyter Johannes 1004 ff.

144) Genes. 37, 14.

145) Offenbar ist die bei ROBINSON II, 705—6 beschriebene Quelle gemeint.

146) Lics Matthiae (23. Febr.).

apportavimus, de quo fui valde miratus, quo modo scilicet me cognoverunt, eo quod barbam valde prolixam habebam et dixi a. a. a., Domine Deus! In ista sacratissima civitate Dei inveni, qui mihi nova refferat de carne meal Non vacat, dixi ego, a ministerio; una de ipsis peregrinis erat mater magistri Raphaelis, quae dedit mihi ipsam literam nomine Francischini fratris vestri; ipsa fuit facta litera de Julio.

Anno Domini MCCXXX in crastinum scilicet die Dominico in festo sancti Mathyae<sup>147)</sup> apostoli celebravi in monte sacro Syon, ubi ipse Mathyas electus fuit ad apostolatum ab apostolis etc. De Calvaria et de monte Syon aliarum vobis scripsi. Eodem die intravi sepulcrum hora vesperarum, et fuimus in Sepulcro nocte tota sequente usque ad diem sequentem in tertiis, ubi cantavi missam in altare, ubi apparuit Magdalena, et dixi missam noctis Resurrectionis, scilicet quae dicitur in Sabbato sancto. Illa sancta loca, quae continet ipsa ecclesia, aliarum vobis scripsi. Multum longe plus habui de consolatione spirituali secunda vice quam habuerim prima, et nullus intravit nobiscum ecclesiam Sepulcri nisi soli Latini, ita quod potui cantare alta voce in monte Calvariae et Sepulcro, nemine prohibente, ita quod benedicantur illi viij floreni, quos dedi eis. O quam dulces fuerunt illi floreni!

Item eadem die visitavi locum nativitatis beatae virginis, et vocatur sancta Anna, et est Yerusalem juxta probaticam piscinam. Omnia Sanctuaria Yerusalem aliarum vobis scripsi. Die XXVIIJ visitavimus locum, qui dicitur Sanctus Zacharias<sup>148)</sup>, quem primo non visitaveram, ibique est domus Zachariae, illucque venit beata Maria de Nazareth in montana Judaeae cum festinatione et intravit domum Zachariae et salutavit Helysabeth. Et distat hic sacer locus a Yerusalem VJ milliaribus. Ibi mansit beata virgo mensibus tribus, et ubi dixit<sup>149)</sup>: Magnificat anima mea Dominum, natus est pulcerrimus et magnus fons constat usque hodie. Ibique natus est beatus Johannes baptista, ubi est una pulcra ecclesia<sup>150)</sup>. Non multum longe ab ista domo Zachariae est una ecclesia versus montes in loco silvestri, ubi sancta Helysabeth abscondit ipsum beatum Johannem Baptistam, quando Herodes

147) 24. Febr.

148) TOBLER, Topogr. II, 357.

149) Lue. 1, 46.

150) TOBLER, Topogr. II, 359—361.

jussit interfici pueros in finibus'Judeaeae, ibi permissione divina abscondit eum mater sua in una rupe ad radicem montis<sup>151)</sup>.

Redeundo Yerusalem de istis montaneis in media via est una pulcerima ecclesia et monasterium corrigianorum<sup>152)</sup> monachorum, in quo loco nactum fuit lignum crucis<sup>153)</sup>, set an verum sit, non adhibeo fidem, quia legendae videntur sentire oppositum. Item de peregrinationibus Jordanis, Bethaniae, Montis Oliveti, Valis Josaphat, Bethfage, Jechamari<sup>154)</sup>, Alchedemach aliarum vobis scripsi. Celebravi in valle Josaphat in sepulcro Dominae, in sancta Katherina. Item vidimus mare rubrum, quod divisum fuit filiis Israelis, item comedì de piscibus ipsius maris, item vidimus in deserto Synay montes Faram, de quibus adhuc propheta dicit<sup>155)</sup>: Deus ab austro veniet et Sanctus de monte Faram.

In Kallendis Martii recessimus de Yerusalem et venimus Ramam, quarto die Martii recessimus de Rama ituri Nazareth, ubi in crastinum celebrantes recessimus et venimus Acon. De Acon in festo sancti Benedicti<sup>156)</sup> recedentes Dominica Palmarum<sup>157)</sup> intravimus Famagustam etc. Explicit Itinerarium ad Sepulcrum Domini. Deo gratias. Amen.

151) TOBLER, Topogr. II, 357.

152) Aus καλόγρος entstanden, (Griechischer) Mönch.

153) Das heil. Kreuzkloster, eine halbe Stunde w. von Jerusalem (TOBLER, Topogr. II, 726 ff.).

154) Das Wort ist so arg verstümmelt, dass sich nichts daraus erkennen lässt; ob Chaudemar?

155) Habak. 3, 3.

156) 21. März.

157) 24. März.